NOVA INTERPRETATIO AD TEXTVM IN CAP. FIN. DE PROCVRATORIBVS IN SEXTO, IAM IVVENTVTI SALMANTICENSIS VNIVERSITATIS ANTEA PVBLICE EXPLANATA.

AVCTORE

DOCTORE PETRO BAIO Arroyo, Decretalium in eadem Academiæ publico ſtipendio lectore.

SANCTISSIMÆ VIRGINI MARIÆ (de la VEGA cognominatæ in hac vrbe Salmantina) abſque labe peccati originalis conceptæ, dicata.

SALMANTICÆ,
Apud HYACINTHVM TABERNIER, Typographum Vniverſitatis. Anno M. DC. XXXIIII.

Acoſta de Antonio de Figueroa, mercader de libros.
Vendeſe en ſu caſa à la eſcalerilla de eſcuelas menores.

DOCTORIS PETRI BAIO ARROYO, VTRIVSQVE IVRIS PVBLICI INTERPRETIS, RELECTIO.

AD TEXT. IN CAP. FIN. DE Procuratoribus in 6.

POSTQVAM ex mãdato huius Salmanticenſis Vniverſitatis, eius iuventuti ſtudioſæ Bonifacij Octavi decretum relatum in cap. fin. de Procuratoribus in 6. anno præterito perlegiſſem, magna audientium multitudo meos labores gratulans me cogens rogavit, vt eius prælectionem in omnium vtilitatem typis darem: cui præcepto cũ tot, tantiſque obligationibus me aſtrictum conſideraſſem, obtemperare illico decrevi. Itaque, vt meliori modo noſtri text. materia amplectatur, eius axioma prius deducendum eſſe exiſtimavi, quod ſic communiter proponitur. *Matrimoniũ per procuratorem ſpeciale mandatũ habentẽ celebratũ validũ eſt. Mãdato tamen revocato, licet ad notitiã mandatarij non pervenit, matrimonium contractum nullum vigorẽ continet.*

matrimonij, ſed quando matrimonium contrahitur per procuratorem, ſufficit tempore, quo mādatum dedit, abſque furore eſſe, & quod procurator, quādo præſtat eius conſenſum, compos mentis ſit, vt in cæteris contractibus contingit, quia tunc contrahens non miniſtrat per ſe ipſum, ſed medio inſtrumento.

60. Non obeſt ſecunda difficultas, cui reſpondendum eſt negando conſequentiam: nam licèt hodie attento Concilio Tridentino non ſufficiat nudus conſenſus ad matrimonium niſi coram parrocho, & teſtibus præſtetur, ſi tamen per procuratorem præſente parrocho, & teſtibus explicetur conſenſus contrahentium, validum eſſe matrimonium, dicēdum eſt. An poſt decretum Concilij Tridentini matrimonium per procuratorem celebratū ſit ſacramentum, conſulendi ſunt Thomas Sanchez, & Baſilius locis iam citatis, qui partem affirmativam defendunt, & omnibus fundamentis pro parte negativa adductis ſatisfaciunt.

61. Neque adverſantur tertia, & vltima obiectio: nam his ſupra ex num. 15. uſque ad num. 26. ſatisfecimus, cum quibus finitur noſtri textus materia, vtinam ſit ad laudem Omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, nec non intemeratæ Virginis Mariæ abſque labe peccati originalis conceptæ, & omnium Sanctorum, noſtræque matris Eccleſiæ Romanæ, cuius correctioni omnia ſupra tradita libenter ſubmitto.

(.?.)

LAVS DEO.

Tiene licencia del Señor Licenciado Saldaña, prouiſor q̄ fue deſta Ciudad, el Doctor Pedro Bajo Arroyo, como conſta de ſu original, dada à 14. de Febrero de 1633.